ALE
CENTRALE V. E. II

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
69 M
5 H
17

Digitized by Google

Digitized by Google





THEATRVM
CAPITOLINVM MAGNIFI
CO IVLIANO INSTITV
TVM PER AVRE/
LIVꝫ SERENVꝫ
MONOPO/
LITA/
NV/
M.

ET DE ELEPHANTE CARMEN
EIVSDEM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

69.5.H.17

BEATISSIMO CLEMENTISSImoq; Diuo Leoni X Pont. Maximo, Aurelius Serenus Monopolitanus.

AD uberiorem tui imperii gloriam beatiſſime Pater id diuinitus contigit: qđ nullo unq̃ tempore ſuperiorum Pontificum contigiſſe ꝓditum eſt. In annis enim tui pontificatus ludis menſe Martio celebratis: eo quidem menſe, quem Romulus urbis tibi obſequentiſſimę conditor patri dedicauit Martii. Quo tempore uer nouum incipit: & tellus floridis induta coloribus ſuauiſſimos odores per orbē effundit: Indus elephas omnium animalium ſagaciſſimus a Sereniſſimo Emanuele Luſitanorum Rege per ſplendidiſſimū equitem oratorem ſuum Triſtanum cuneum miſſus: Incognitus nec dum ſęculo noſtro in Italia uiſus ſtupentibus ac mirantibus populis per totā urbem exhibitus apparuit. Quod ſpectaculum Pompeio Hannibali Domitiano pauciſq; aliis patuit id tuo auguſtiſſimo tpē fuit demonſtratum: ut docile animal in tua publica hylaritate oblatum: ſupplex tuum numen ſentiret adoraretq;. Congruit igitur ut iiſdem lętitiæ

diebus hic meus libellus ꝑdiret: & ſeptimo menſe legitimo fortaſſe fœturam emitteret Qui ob rei nouitatem ac magnitudinem elephas iure appel/lari poteſt. Agitur quidem de celeberrimo Capitolino theatro: quod ſuperiori menſe Septembri S.P.Q.R. Magnifico Iuliano dilectiſſimo tuo germano ciuitate donato parauit Quo nihil or/natius copioſius magnificentiuſq; uſq̃ auditum uiſum: aut in hyſtoriis deſcriptũ oſtenditur. Verũ id negocii ſuſcipiendũ mihi ſatis pertimui. Quandoquidẽ Chilonem illum Lacedemonium: cuius reſponſa pro oraculis accepit antiquitas ex tot ſententiis quas ędidit: hãc pręcipuam ſaluberrimãq; tuliſſe autumant: Vnumquenq; ſe ipſum noſcere oportere, hoc dictum adeo celebratiſſimum apud priſcos uiros fuerat ut e cęlo cecidiſſe non ab re crediderint. Mętiri .n. ſe quenq; ſuo modulo ac pede certum eſt: quam rem ſi quiſq̃ recte percepe/rit, atq; animo menteq; ſępius uolutauerit nihil abſonum nec laude indignũ agitabit: ſed per ſanctiſſimum rationis tramitẽ aſſidue gradietur decorũq; ad unguem in rebus omnibus ſeruabit. Id mihi initio nonnullos in pręſentia obiecturos eſſe non uereor: qui tantam ac inuſitatam prouinciam aggredi non dubitauerim. Ego & ſi meas tenues exileſq; uires nõ denegauerim; meq; ĩter pelliculã (ut

Digitized by Google

ſſunt)tenere ſciuerim:ne tam magnum onus ſubi
rem : quum ad celebrandum hunc capitolinum
apparatū : non mea : quæ perexigua eſt : ſed Ma
roniana opus eſſet muſa. Tamen ſi id agendum
meo iure uendicaſſe uideor. Et aliquid de ipſis
laudibus : quæ pene diuinę & innumerabiles ſunt
in mediū afferre inſtituerim : duabus me tutabor
rationibus Altera eſt meę ingenuæ aduerſus beati
tudinem tuam : ſenatumq; Romanum ipſum ob
ſeruantię ſignificatio Altera exploratiſſimę ueritat/
tis oſtenſio. Quę quidē dum pateſiat non cultam
uerborum copiam deſiderat : non eloquētiæ orna/
tum exoptat : ſed ſimplex animi obſequium penſi
tabit, tantum roboris in ſe habet ueritas : ut nullo
angulo indigeat : nullūq; ad concitandos animos:
apud doctos pręſertim claroſq; uiros loquacitatis
fucum/calamiſtratūq; ſermonem poſtulet. Nam
quem admodum maurus ille & agreſtis homo ele
phantis rector ac moderator uniuerſę urbi:ſpectan
tiq; populo ingentem uoluptatem tribuit: Quo
ductore immanis belua mitis & manſueta incedit
ad cuius nutum omnia perficit : obſequiturq; do/
ciliſſima : nec illius perſona ad tantæ rei momentū
deſpicitur. Ita & ego ad huius theatri ſtructuram
non indignus opifex exiero : dum qualibuſcunq;
carminibus Romanorū laudes enarraturus:urbē

ipſam admirantibus uoluptatem attulero. Rem itaq; omnem a principio qualiter geſta fuerit exa/ muſſim aperio: nihilq; intactum reliquiſſe uideor. Malui diligens indagator fieri: longamq; ſeriem accuratius abſoluere: q̃ in tanto rerum faſtigio: ob incultæ linguæ pudorẽ aliquid mutilatũ minuſq; perfectũ oſtendiſſe. Quare cum libellus iſte(ut diximus)ex ęqua utriuſq; partis maieſtate: & ur/ bis ſuſcipientis: & ciuis ſuſcepti Elephantis inſtar habeat: ueritus ne uerborũ inopia Grillus diceret peperciſſe calamo alienum iudicaui: digreſſionib9 non ineptis materiam exaggerans: eo tamen pacto ut tripartito opi(ni fallor)quo ad theatri deſcrip/ tionem: nihil deeſſe uidebitur: quo ad apparatus ordinem nil uehementius dici potuiſſet: Quo de mum ad epuli celebritatem: ut cęna iſta omnibus aliis ſuperiorum Principum longe antecellit: Ita a nemine ullo propenſius cęna aliqua explicata in uenitur. Theatrum igitur capitolinum res urbis & fratris tui complectens: tuo ſancto nomini de/ dico: ut eo libentius cum ocium dabit legendum audias: quo illam confoues tueriſq;: & illum di/ ligis: & amas. Quod munus ita gratius ſuſcipe re dignetur tua beatitudo ut mentis meę ſerenitatẽ ex animo perpendere poſſit: qua eandem beatitu dinem: togatamq; Romanorũ gentem proſequor.

Digitized by Google

colo ac ueneror: hocq; pro tempore edatur ſatis. Deinde tuarum laudationum libellum imprimendum curabo. Romę decimo Kal. Apriles Anno a natali chriſtiano M·D·XIIII. Tui uero pontificatus anno ſecundo.

AD BEATISSIMVM DIVVM LEONEM .X. PONT. MAXIMVM AVRELII SERENI MONOPOLITANI THEATRI CAPITOLINI LIBER PRIMVS INCIPIT

✠

ORdior ęgregios titulos: magnũq; theatrũ
Quod capitolinũ pp̃lus Roman⁹ ad arcẽ
Magnifico Medici iſtituit: ciuilib⁹ armis
Donato eternum: & ſtabili ſub fœdere ſumpto
Inceptis Regina faue ſanctiſſima noſtris
Virgo benigna mihi pluſq̃ Berecynthia mater
Natus Apollo tuus neruos in carmina ducat
Clauiger ęthereus ſuccurat Ianus & alter
Qui Princeps urbis: magna eſt tutela Quiritum,
Vrbis res agitur: noſtris nec uiribus ęqua
Id fateor: ſed uos puram defendite mentem,
Septembri celebris crucis exaltatio menſe
Cũ fulget: cũ libra dies iam noctib⁹ ęquat,
Autumni & tẽpus pars eſt perfectior anni

Digitized by Google

Carpere cumq; iuuat plenis pomaria ramis :
Tellus in toto fœtus cum parturit orbe,
Qua ratione uiri certant id dicere plures
Non leuiter ducti : q; prima exordia mundi
Tūc deus inſtituit : tūc cum plena omnia cernens
Nutriret primos ſumma pietate parentes .
Heracli⁹ impator Coſroes perſ.rex. Tunc ſuperat, Coſran Heraclius induperator,
Perſarum regem : qui tot uaſtauerat urbes
Romani imperii : uictor tunc maximus ille
Conſtantinopol. Bizantum ingreditur ſummó comitatus honore:
Purpureus curru Princeps inuectus & aureo :
Cui ſolum in manibus crucis eſt uenerabile lignū
Quod ſanctū abſtulerat deuicto ex hoſte tropheū
Magnificus Iulianus. Magnificus medices tunc exaltatur in urbe,
Conſeruatorum ſolers prudentia fecit :
Theatrū capitol. Vt caperent magnum Capitolia celſa theatrum
Congeſtū trabibus : tabulis : nitidiſq; columnis:
Quod ter uiginti ſex & complectitur ulnas
In longū : late ſed quinquaginta reportant :
Bis quoq; quindenis ulnis ſpectatur in altum :
Velamen uario panni diſtinguitur oſtro:
Sex quater hoc cingunt interq; columnia quadris
Et circum triplicem ſunt octo ſedilia partem :
Pro menſa & ſcęnis tabulatum ſuſcipit unam,
Srata pauimenti pictis ornata tapetis :
Comędis portę in tabulato quinq; coruſcant

Auratis pannis : magnis procurribus extant
Hinc alię binę : contra ſe reſpicientes,
Dantur enim currus ludis puerilibus apti
Scilicet ut procerum cantarent carmine laudes:
Arcus epiſtiliis ſplendentibus eminet omnis: Epiſtilia
Nanq; euro ſimilis pictus color undiq; fulget, Auripel/lis
Fronte ergo a dextra retinent qua parte locatas
Conſeruatores ędes:hic cernere pictum
Tu poteras Ianum uera ſed imagine uiuum
Saturnum hoſpicio lęta qui mente recepit, Ianus
Q uę capitolinas arces Tarpeia Sabinis Saturn/nus
Prodidit : hic leuibus clypeis occiſa uidetur, Tarpeia.
Q uicquid enim illorum quæſiuit lęua teneret: Sabini
Dum nitidis gemmis oneratam cerneret illam,
Cuius Tarpeius mons eſt de nomine dictus. Monstar peius
Cumq; Leone pilam : ſpectabas inſuper arnum Flu. Arnus
In mediis quadris:cum ſurſum lumina figis,
More triumphalis dehinc ianua ponitur arcus:
Hæc latere a lęuo pariter duo quadra figurat,
Romulus in primo exuuias deponit opimas Romu/lus
Acronis regis: manibus quem uicerat hoſtem, Acrō rex ceciēſiū
Ad capitolinam quercum : ſed gloria paucis
Rara uenit : namq; illum ex omni gente triūphū Coſſus /
Tres habuere uiri : Tolummni Coſſus opimis Laertius Tolūnus
Exultat ſpoliis : Marcellus tertius illis Marcel/lus
Additur aduerſus Boios dum mittitur hoſtes

Digitized by Google

Viridomarus dux Gal. Quorũ ductorem Gallum proprio enſe trucidat.
Maximus antiſtes puluillus Horatius hinc eſt:
Horatius puluillus Poſtis. Cum rem diuinam faceret poſtemq; teneret:
Allatam nati mortem non fleuit acerbam:
Non fudit lachrymas: nõ palmã a poſte remouit
Perfecit ſed ſacra Ioui: templumq; dicauit,
Fluuius Tyberin. Conſpicitur mediis ſupra Tyberinus in undis.
Marte ſatos geminos poſt hũc lupa nutrit alũnos.
Quæ ſunt interius referam nunc limine primo:
Ænea ſe ſe offert binis lupa & ipſa gemellis.
Coloſſus Comodi imperatoris. Cũ magno ſimul orbe manus patet Ænea contra:
Ingentis truncam dicunt hanc eſſe Coloſſi:
Quẽ pulchrũ erexit Princeps ſibi Comod⁹ olim:
Mirabile Hoc plane ſapiens dicet mirabile quiſq;:
Illa pila ut longum remanens duraret in æuum:
Quæ deſignaret pręclara inſignia noſtri
Pontificis fuit hoc pręuiſum in mente Deorum.
Pars orientalis theatri. Nunc uero ex parte Eoa ueniemus ad Auſtrum:
Et cum Romanis mixtas celebremus Hetruſcas
Hyſtorias quadro in primo quem ſuſcipit axis
Aeneas. Cernitur Æneas: Troię qui uenit ab oris
Fatale in Latium cum fundamenta locauit
Romani imperii: auxilio munitus & armis
Thuſcorum: geritur non hoc ſine numine diuum:
Præſidio ut Teucris gens Lydia lęta faueret:
Et populi gemini ſtarent ſub fœdere certo:

Digitized by Google

Dum florentinam gens Romula conderet urbem
Cluſorum ſequitur Rex & Porſenna benignus · Porſena rex cluſ.
Romanis : cernens facinus quod Mutius auſit · Mutius
Dum ſocii pontem ualuiſſent rumpere : Cocles · Horatius
In medios hoſtes obſiſtit cominus enſe. · Cocles.
Inde ſuam armatus miles tranſnauit ad urbem :
Quod factum admirans obſeſſor territus ille :
En quanta huic (inquit) ſoli ſunt pręmia laudis
Cum tranſiuit equo Tyberimq; Coeclia uirgo · Coeclia
Eſt a Romanis Florentia ducta colonis : · Florẽtia colonia
Treſq; uiri ſceptro Romę tunc iura tenebant : · Romanorum.
Quorũ dux primus Marcus ſe Antonius offert : · Marcus
Emilius Lepidus : Cęſarq; Auguſtus & ille, · Anton.
Quæ ſignat fœdus fœdata hinc porta uidetur : · Emilius lepidus.
Vt cum Tyrrhenis ſocientur pace Quirites. · Cę.Aug.
Veſtales portant ad Tuſcos ſacra puellæ · Fœdus.
Lęti illi accipiunt : & cuſtodita reponunt : · Hetruſci. Romani
Quadra Senatoris quinq; hæc iunguntur ad ędes · ſacra dee
Conſeruatorum ponuntur & altera ſeptem : · ueſte. Pars me
Quattuor excelſis ſunt intermixta feneſtris : · ridionalis
Et totidem contra pars altera longa reſeruat. · theatri.
Quas ſupra alternis uicibus tu ſigna uideres
Romæ : & Pontificis magnum pręben tia lumen.
Vrbi Iunonis ſimulachrum Hetruria donat : · Iunonis ſimula
Frugibus Hetruſcis donatur Scipio & armis : · crum.
Virtutum meritis ducis hoc poſcentibus ipſis. · Scipio.

Romulus. Romulus inſpicitur: qui nomine dictat Hetruſci
Centuria. Centuriam: ſtatués recto cuncta ordine belli:
Pars occidentalis Theatri. Solis & occidui ſunt picta inſignia parte
Romano populo quæ dat Tyrrhena propago.
Atq; alio in quadro ſcænæ ſtatuuntur abhiſdem:
Ludi ſcenici. Dum ſtantes poteras ueris ſpectare figuris.
Ianua tum ſequitur maior quam ſcripſimus ante,
Mons cælius. Cęliū & hinc monté retinendum donat Hetruſcis
Romulus: ut poſſint habitandas condere ſedes.
Erudienda datur Tuſcis Romana iuuentus
Artibus ingenuis claris & moribus ipſa:
Pars ſeptentrionalis theatri. Vltima pars reſtat ſeptem ſubiecta trioni:
Romana hetruſcus regnat Tarquinius urbe,
Captandi augurium normā tum perdocet augur
L. Tarquinius. Romulidas: dum monſtrat aues: aliſq; uolantes:
Augur. Inq; gradu extremo tandem pictura uidetur:
Haruſpex. Q đ ſemper Tuſcos docuit Romanus haruſpex:
Et ſatis oſtendit: qualis diis hoſtia detur:
Pegma. Sic depicta uides quindenis pegmata quadris:
Exteriore loco quæ ſunt: his quattuor addes,
Cunctaq; ſydereo ſunt hæc extructa nitore
Antipellis. Argenti atq; auri ueros imitantia ſuccos:
Parargis uariis pars circuncingitur omnis:
Parargia ſunt quę pingunt extra figuras. Depicta inferius depicta in uertice ſummo,
Huius & eximii implerunt decora alta theatri
Pictores: quorum priſcis non cęderet ullus.

Formoſam quamuis Venerem pinxiſſet Apelles: Apelles: zeuſis
Illa ętas quamuis laudaret pſeuſidis uuas
Texuit hyſtorias Phędrus longo ordine uates: Thomaſ Phędrus
Quem feciſſe puto maius pictoribus ipſis
Artis opus: nam dux belli plus laudis habebit
Militibus: liceat uerum ſi iure fateri.
Congeſto aſſeribus circundatur undiq; uallo:
Spectaclum ne ingens greſſus turbaret equorum
Et ſcamnis impletur humus pro plebe minuta
Splendent Attalicis conſeruatoribus aulæ. Aulea at talica
Et paphiæ Veneris myrtus ſpargantur ubiq;, Venꝰ paphia
Vtq; platea foret iam laxior ante theatrum:
Sunt precio populi conſtrate ciuibus ædes,

LIBER SECVNDVS.

Cuncta ego diſpoſitis cecini ſpectacula rebꝰ
Exilis quantū ualuit mea muſa referre,
Nūc maiora iuuat zephyro dare uela ſecū
Et iuuat exactam ad metā deducere carmen. (do.
Panditur interea fauſtiſſima pompa theatri:
Exornant ſacri in tabulato altare miniſtri:
Qui byſſo induti rutilo uelantur amictu. Altaris: apparatus.
Gemmati calices uaſa & ponuntur acerræ:
Et facibus niueis dant candelabra nitorem:
Atq; libros ponit cantorum ſędulus ordo:

Subtilis lini quem candida ueſtit Abolla :
In troitus miſſę. Et parat introitum : & gradualia Pneumatis almĩ
Laus crucis. Sacrorum in medio crux aurea ponitur inde:
Et quæ ſupplicium attulerat latronibus olim :
Induperatorum nunc frontibns alta refulget.
Adorea. Aurata in patina ſeruatur adorea Farre
Triticeo : offerri quæq; hoſtia poſſit ad aram
Ore ſacerdotis per ſacratiſſima uerba :
Viaticũ chriſtianum. Cœleſti e ſolio ſiquidem pius ipſe redemptor
Deſcendit : carnemq; ſuam de pane propinat :
Plena ampulla mero : lympha quoq; plena paraſ
Quas ſpectare quidem ſacra ad libamina dices :
Non de cęſorum taurorum ſanguine & hirci:
Sed uino licuit nobis & pane litare.
Abacus. Erigiturq; abacus gradibus ſublimibus ingens /
Qui magnum defert argenti pondus & auri.
Hic anaglypha nitent : ſunt & chryſendeta circũ :
Anagripha. Amphora magna ſimul: phialæ : magnęq; lagenę
Chriſendeta. Vireoli : onophorũ : gutturnia : labra : paraplis
Sunt ex argento uegetes : cratera : cadiq; :
Situla cum cyatis uaſa & potoria multa,
Fundens nimbus aquas : retinendis fructibus aptę
Sunt lances : geminis fixum ſtabatq; ſaliuum,
Cęlatum leporem celatum in pocula caprum
Inſpexi : quem tu dices a Mentore factum.
Serpentum tenues linguæ nectuntur in auro

Digitized by Google

Q uæ pro taxandis ſunt pellendiſq; uenenis.
Hæc intacta tamen pro laude erecta manebant,
Plurima ſunt : menſę quæ deſignantur ad uſum,
Ciuis : ab eccleſia nomen qui ſumpſit auorum — Ioannes Bap. de eccleſia
Seruandi hos abacos inuenta eſt cura fidelis
Terrarum ex omni completur gente theatrum.
Signantur denſo dolata ſedilia ligno,
Seſſio talis erat : qualis ſtipata triremis. — Compa/ratio.
Mercibus a Lagi quam defert inſtitor urbe — Alexan/dria.
Implicitam : qualis uolucrũ contentus in hortis
Vere nouo auditur : dum flores omnia mittunt,
Talis erat populi ſtrepitus / iuuenumq; / ſenumq;,
Magnificumq; petunt : taliſq; in ſedibus illis — Compa/ratio.
Expectatus erat : qualis iam Troius hęros
Didoni cum inquit:coram quem quęritis adſum.
Sępoſito ueniens ſedet hic ſpectator ab urbe :
Venit Apollonius/Rhodius/Cretenſis/Hyberus — Deſcrip/tio pluri/um pplõ/rum.
Maurus: Arabs: Indus: uenit Garamanta: Britanꝰ
Plures Pannonii : plures uenere Sicambri,
Non hic Italiæ prouincia defuit ulla : — Deſcrip/tio gẽtis Italæ.
Cuius ſpectaclum ciuis non cerneret illud :
Huc ſiquidem alpinis de montibus accola uenit.
Inſubres Lygures feſtinant Euganeiq;:
Huc Picenus ager ſpectatorem Vmbria miſit.
Flaminei Emilii petierunt hucq; Faliſci :
Excipio Hetruſcos : quorum non unus & alter

Treſue ſimul:ſed tota cohors:omniſq; iuuentus
Affuit:atq; hylari patefecit gaudia mente,
Deſtruptio Regni Neapolitani. Regia Parthenope properauit mittere ciues:
Parthenope Auſonii caput & pulcherrima regnis
Proxima Campanę ſedes Syrenia terrę,
Apulia Marſus:pelignus:uolſca de gente colonus
Hic Lucanus adeſt ciues Apulia notos
Oſtentatq; mihi:cui late campus ariſtis
Flaueſcit:multos quę nutrit ouilibus agnos:
Frondis & eſtiuę quę non recreatur in umbra
Mãphredonia Daunia dehinc ſequit: Mamphredi nomine dictã
Quę magni regis populoſam ſuſcipit urbem
Cannarum tum ripa ſatis notiſſima clade
Prouincia Barẽtis Romana:ornatur pingui regione Barenſi
Eſt ubi Monopolis ſpacioſo in littore ponti
Monopolis. Adriaci:tutus nautis cui portus inheret:
Omne genus frugum:lateq; patentia rura:
Bacchus & ipſa Ceres nec deſit copia lactis,
Arborum & ubertas eſt Phillidis atq; Mineruæ:
Gnatia Gnatia iuncta tibi atq; tuis ſuccedit inagris:
Poſſidet & montes:citra quos canet oliuis:
Vltra habet & ſiluam:prebentem paſcua uites:
Profert in topho precioſis fructibus hortos:
Antra cauata tenet tophus:tenet undiq; criptas:
Quæ magnum prębent agris ruralibus uſum:
Centum & uiginti nanq; eſt munita trapetis:

Dulcis aquæ ſi fonte caret : tamen accipit amplas
E cœlo pluuias : patria hęc patria unica fœlix
Miſit Brunda ſuos celebri celeberrima portu. Brundu-
Ex calce Italiæ gens Salentina remiſit : ſium. Prouin-
Brutius huc uenit : Calaberq; remotus adiuit, cia hydr-
Dum cũcti expectant: lęni & fit murmure plauſus entina
Ecce uenit : procerum magna comitante corona
Magnificus medices rutilanti ueſte decorem Magnif. Iulianus
Oſtendens : pulchros inter pulcherrimus ipſe
Talis pręſtabat : qualis pręſtantior extat Compar
Syderibus titan : tali uel lumine fulget,
Quale ſolet nocti prębere argentea Phœbe :
Dum complet totum duplicatis cornibus orbem
Atria & ingreditur circumdatus agmine longo
Sed prius ante fores contra datus obuius illum
Suſcipit exultans & lęta fronte ſenator :
Conſeruatores populus generoſus & omnis :
Voce manuq; ſuum ciuem Romana ſalutat
Contio : cœlicolas uerbis dehinc talibus orat.
Magnificum ſeruate ducem ſeruate ſenatum
Itur ad Orcheſtram : diuſq; in ſedibus illis
Signatur : Regum inter legatoſq; potentes :
De quorum numero mouit diſcordia binos
Certat uterq; ſibi ſedem captare priorem :
Nam pro ſeruando quiſq̃ pugnabit honore
Quẽ ſpernens : hic ſtultus erit : demenſq; uocet,

Comp. Vtq; altercantes deponunt iurgia ſerui :
Cum faciem domini minitantis uerbera cernunt :
Sic pietate grauis placido ſermone quietos
Turbatos illorum animos : & mitigat iras
Magnificus Medices : ſtrictoſq; incurrit in enſes.
Prẹſul Inde ſedent : diuinam Aquilanus rem facit inde
Aqlanus Prẹſul : ſupremum expectatur & ite miniſtri.
Auro ſubgeſtum poſt hæc ſublime paratur :
Lauren. Vallatus In quo Vallati patuit facundia linguæ.
Pontificis laudes narrantis : & inde Quiritum
Atq; nouo ciui prẹconia ſumma canentis :
diploma Romani populi magni & diploma ſenatus
hoc eſt Perlegitur : poſtq̃ eſt ſortita oratio finem,
ꝓuilegiũ Marius Mox conſeruator ſanans capputius ẹgros
capputiꝰ De tribus ante omnes dictis affatur amicis.
Et nitido ẹloquio uerba ornatiſſima dixit,
Prẹclaro tribuens prẹclara inſignia ciui,
Qui ſatis appoſite reſpondit magna profeſſus :
Qualiacunq; decent narrari a principe ſummo.
Vtq; hortata ſuum matris prudentia Cyrum
Cumq; audita patent/ciu[illegible] munera : cunctis
Gaudia ſunt : dextrẹ cert[illegible] coniungere dextram.
Municipis clari : dantis grata oſcula cuiq;
Compa. Vt olim Tyrii & Troes diſcrimine nullo
Dido. Conſtiterant : cum magnanimũ Sidonia Dido
Aenẹas Suſcipit Æneam : certo ſic fœdere mixtos

Cum Florentinis Romanos uidimus ipſi
Innumerabilibus cœlum mox Ænea bombis — Bõbarda
Machina percuſſit: priſco non cognita ſęclo
Sed mundus plane nuper crudelior ipſum
Tormentum inuenit: cui torta phalarica cędit, — Phalanca.
Scorpius aut arieʒ non eſt immanior illo: — Scorpius Aries.
Baliſtę robur nunq̃ uiolentius ibit: — Baliſta.
Quo circa dices: huius quicunq; repertor — Dęmon
Aut fuit hic dęmon: natus uel demonis ipſe.
Non obſtare queunt arces: non mœnia turres:
Hoc ſternit turres: hoc mœnia fundit & arces,
Quid mirum ęthereas poterant euertere ſedes:
Hac ſi pugnaſſent horrenda mole gygantes.
Non in tam longo cępiſſent tempore Troiam
Argoliciq; duces: hoſtis tunc ſtabat in hoſtem
Tunc pugnæ laus omnis erat ſub milite forti,
Nunc non Scipiadum: non gloria Cæſaris eſſet:
Armipotens toto qui ſe lactauit in orbe.
Cumq; ob lætitiam tot ſcloppos hauſimus: aures — Sclopus.
Sunt pæne obtuſæ: atq; ex antris credidit Echo — Echo.
Iratum eſſe Iouem: quæ reſpondere nequiuit.
Vtq; locus detur menſæ ad conclauia tendunt.
Thuſcus eques medius ciues fulgebat in omnes:
Quantum inter fulgens flauum eſt electra metallũ — Cõpara
In tabulato igitur fauſtiſſima menſa paratur:
Nam capitolinæ ut caperet conuiuia cœnæ

Ambroſiaſq; dapes : nec erat locus aptior ullus :
Cuncta canam : paulum ſed nunc pauſare licebit.

THEATRI CAPITOLINI LIBER TERTIVS

FEſta dies agitur : lux eſt iucundior omni
Natali: ſed feſta dies: quæ calda miniſtrat
Et genialis erit: quæ fert cū carnibus ollas
Non noua dat ueſtis uarios : ſed fercula cantus :
Hoc priſci docuere patres : docuere recentes :
Solenne haud fieri lautis ſine pultibus ullum :
Oſtendit magnum nam conuiuentia amorem :
Iure igitur ſtatuunt : adipalem condere cęnam,
Suſcepto ciui populus celebriſq; ſenatus,
Io.Geor. Cęſarin⁹ Structorum princeps iam Ceſarinus adibat
Scilicet & magnæ ciuis primarius urbis :
Templū ſancti Georgii. Annua qui ad templum defert uexilla ſenatus :
Imperitat ſceptro : ut teneant ſortita decenter
Iulius Albeṙinus. Singula quenq; locum: ſequitur dehinc Iulius ille
Alberinus eques : pace & pręclarus & armis :
Et diues ſine auaritia Lucillus ut olim :
Mar. Antonius Bufalus. Bufalus ille nitens Marcuſq; Antonius exit :
Marganus Petrus ſplendor procerumq; decuſq;
Petrus Marga. Conſilio pollens Lenus tum iungitur illis,
Iuli⁹ len. Atq; alii plures : quorum ne longior eſſem

LIBER TERTIVS

Nomina non refero: ſocii uenere ferentes
Primaq; pila ſimul: regio quos quælibet affert: Primipili lares hoc eſt capita regionũ.
Quæ olim biſſeptem fuerant: nunc demitur una:
Vt melior uere noſtrorum cœlicolarum
Impar ſit numerus: decimus qui tertius extat, Regiões antiquę & recẽtes.
Prima Capena fuit regio: cui Cęlius eſt mons
Altera: dehinc Iſis quam prębet tertia fertur,
Dat templum pacis quartam: ſed quinta locatur
Exquiliis: ſextam tum ſemita ſuſcipit alta:
Septima ſit regio uiolata: octaua uocetur
Romanumq; forum: circum poſt nona recepit
Flaminium: decimam magna & palatia prębent:
Maximus undecimam circus ſed publica late
Biſſenam piſcina tenet: penultima fiet
Montis Auentini: ſit tranſtyberina ſuprema,
Ceſſerunt montes: triuium: ceſſitq; columna
Martius & campus: pontis: parionis: & inde
Regulæ: & Euſtachii diui: numera regiones:
Subditur his pinus: campitelluſq; ſequatur:
Diuus & undecimam tenet Angelus ipſe Michael
Hic ubi diſtribuit populo cætarius ordo Cętarius ordo.
Ripa ſequens dabitur: ſit tranſtyberina ſuprema
Ecce parant menſas: & gauſapa lutea ponunt: Apparat' menſę.
Et mappas ſternunt: niueęq; toralia telæ
Sed qualem quondam potuiſſet texere Lyde: Lyde.
Apportant etiam tonſis montilia uillis:

Quis ita diſpoſitis adducitur ante ſaliuum :
Structores uigiles intentiq; ora tenebant :
Talia per menſas cunctiſq; ſilentia ſeruant :
Comp. Qualiacunq; decent ſapientes pythagoreos,
Eſt igitur cui cura penus : cui cura ſupellex
Artocop Hic eſt Artocopus : pręfectus & illa colinę
Hic abaci cuſtos : uaſa ille eſcaria ſeruat :
Pronus Condus Hic deſignatur pronus : Condus ſit & ille :
Pocilla/tor. Pocillatores ſunt hic : ſunt carnibus apti
Qui non ignorant incidere fruſta minutim.
Iam ſol octauam decimam tranſegerat horam :
Eiuſdem radiis umbræ fuerantq; minores :
Cum ueluti ſponſum Medicē ad cœnacula ducũt
Sunt coniunctores legati : eſt atq; ſenator :
Conſeruatores : Marcuſq; Antonius illis
M.Anto Iunctus erat : clarę generoſa propago columnæ
Colũna. Accumbunt : medius reſidet dux inclytus ipſe
Longe alios ſuperans : quantum iam lilia uincunt
Comp. Liguſtrũ Delapſum nec adhuc redolens & ſuaue liguſtrum
Caſtore/um. Caſtoreo in primis perfuſa roſarea Lympha
Porrigitur manibus : primæ ientacula menſę
Cybele Paſtilli Cybeles nudeorum Nectare mixti
Nectar.i. iacramẽt. Prandia pręlibant : ſeu rectam dicere cęnam
Malueris : ſex una quidem durauit in horas :
Quam ſerus clauſo compleuit Veſper olympo
Salii. Quam uel Pontificũ : aut Saliorum iure uocabis

Digitized by Google

Sex & uiginti miſſus : ſeu ferta remiſit :
Martius hinc panis : coctus bis traditur inde. Marcii panes.
Hæc primum paſſo ſociantur fercula uino, Biſcoctũ
Hinc Striblita dedit condita coagula lacte : Paſſum uinum.
Ventris onus miſit laxantia pruna Damaſcus Striblita
Rugoſa : at uirides ficus non ruga recepit, .i.caput lact s.
Dulce ſed his epulis uinum tribuere Faliſci Prũa Damaſcena
Huc auium omne genus: uenit Ficedula primum : ficus.
Quæ patulo in menſa reſplendet cerea lumbo Faliſci.
Inde coturnices : mittunt pulloſq; columbę : Ficedula
Et quas externas noſtro nunc more uocamus : Coturnę
Venit turtur : anas : cuſtos fidiſſimus anſer Pipiões.
Rupis Tarpeię : prima qui luce nouembris Externę Turtur.
Cęditur in ſacris : ut ſit memoranda quot annis Anas.
Illa dies : Brenno qua uicit Roma fugato, Anſer. Brennus
Phaſidis & uolucres : ueniunt cum matribus oua Phaſiani
Et nati illarum : ſocius capo iungitur illis :
Hicq; ſuas plures oculatus prodidit argus : Pauo.
Quæ facit eſtq; ſequens effoſa cuniculus antra Cunicu.
Cędunt quadrupedes: cedit pinguiſſimus hędus Hędus.
Ex Tyburtino grege : mollis & inſcius herbę :
Et uitulus plus lactis habens : q̃ ſanguinis: adſunt Vitulus
Veruecum coxe : Lardi quas faſcia cingit, Veruex.
Fercula quæq; ſuis quadris ingentibus octo
Argenti implentur : ſed pondera magna miniſtris,
Portanturq; ęlixa prius : dehinc toſta ſequuntur.

Digitized by Google

Portantur galli induti tum pellibus octo :
Phaſidis & totidem : uiuos quos dicere poſſes,
Deq; aliis auibus ſimili ratione fateri
Aquila Nunc liceat : uiſa eſt ficto Iouis ales in horto .
Capreol. Capreolus ueluti uiuus tum paſcitur herbis
Aper. Integer extat aper coctus: qui ſtare uidetur,
Et uitula ut uiuens pellem decocta recepit :
Ceruus Spectaſſes ceruum fragranti in rore bibentem .
Coruus Falco Hinc coruum pariter tu cum falcone uideres:
Sub patulis pullos gallina hinc congregat alis:
Cõueniens dapibus tandem datur omnibus iſtis .
Moretũ Moretum niueum : uiride : & cuiuſq; coloris .
Muſtarda. Atq; illud pariter : muſtum quod denotat ardens .
Quadrupedes uolucres quæ ſingula ferta tulere:
Artocrea Artocreis uariis dantur ſociata uiciſſim :
Popanũ. Oſyris. Ponitur & popanum quod delectabat Oſyrim
Dulcis adeps uitulę uel quæ decerpitur hędi,
Gutture : dat morſus laute condita guloſos :
animellę Et merito : ingluuiẽ guttur quia ſuſcipit omnem:
Fercula parte ſua lautiſſima pręparat illud :
Philoxenus. Nanq; Philoxęnus gruis affectabat habere
Cruſta Collum : ut ſorbendi fieret diuturna uoluptas,
Pipionũ. Cruſta columborum crepitant ſub dentibus ipſis
Pipiones ſĩ oſſib. Pulpa iidem integri pariter non oſſa ferebant :
Carabac. Et condimentum uẽtoſa cucurbita miſit,
Alba cibaria. Quis tamen alba ſatis numerare cibaria poſſet ?

Quæ conuictores: & cęnauere clientes:
Melle & arundineo conditos quiſue capones — Capones conditi ſaccaro
Exprimeret? tortos etiam quis diceret orbes? — Torte.
Sus flammam emittit quam finit cauda draconis: — Sus.
Portatur uerucx: cui cornua quattuor extant, — Veruex cum.4. cornibus
Prębuit hinc animal propter conuiuia natum
Rite ſuas partes: quas Verpus ſpernit & odit. — Porcus.
Neſcit enim demens epulis tam dulcibus uti: — verpus.i. Iudeus.
Vncta Popina quidem conditur carne ſuilla — Popina
Hinc ueniunt offæ: petaſo: tomacula: ſumen
Abdomen farcimen erat lucanica: omaſum:
Porci etiam phialas regelatis carnibus implent: — Zelatina
Non ius ignorant lardo condire ferinæ, — Ius larderium.
Exotico facte portantur more Placentæ — Exoticus mos.
Ex quibus abſciſſis uolucres exire uidebant — Placentę
Lętantes pueri: & fugientes pręndere certant
Aſt illæ repetunt obtuſis ſenſibus Æthram
Remigio alarum totum impleuere theatrum
Altilibus coctis grauidi portantur & hędi: — Altilis.
Et caput auratum uitulę defertur obeſę:
Pulmento nomen potuit deferre geneſta, — Geneſtra ta.
Deq; uia longa noſtris piper aduena terris:
Quæ tamē ut ſapiant: cunctis piper addito fertis — Piper.
Idq; probes mirum: ut paruis ſint cōmoda rebus:
Paſtilli tenues pomis deq; omnibus adſunt,
Et lupa formatur paſtillis atq; gemelli: — Lupa in paſtillis.

Pilę. Hiſq; pilę rubeæ fiunt : quæ inſignia noſtri
Pontificis geſtant : quæ uiuas inde uolucres
Clauſerunt : illę uolitant pernicibus alis :
Confeſtim egreſſę confractis orbibus illis,
Cydon. Qui redolent magno fumi fragrantis odore :
Strutea. Dantur arundineo decocta Cydonia melle :
Strutea quę potius dices non uilia menſis
Mel arũ/dineum. Nectar idem tribuit nitido candore placentas :
Amygd. Phillidos ex nucleis noſtro de de more paratas :
Botellus Conciſiſq; piris pleni uenere botelli :
Gelatina in ciſtul. Plena refertur item regelata ciſtula carne .
Poſt uarios miſſus & poſt tot fercula tandem
Caſeus accedit : per nomina plura notatus :
Caſeus Venit enim primum ſignatus imagine lunę
Parmeñ: Et quem parma facit piſtrinæ męta uidetur
Æquum quem dicunt uaccę fit lancibus ęquis .
c. cab.ll⁹ Bubali . Eſt ſimul orbiculis geminis : quem Bubalus affert
Cuius & uberior Romanis copia habundat
Marzoli/ni . Caſeoli crocei fuerant quos Tuſcia mittit .
Caſeus Ex grege lanigero magnos Matera dat orbes :
matanus Appula quam regio locupletam ſuſcipit urbem.
Caſinas . Sunt caſinates parui : prębetq; minores
Caſeus Salentinus ager : pomorum quos habet inſtar ;
leucad.9 Non Argus Cygnus non ſit porrigine captus
Non leuis & plorans : iuuenis nec caſeus ullus.
Męta recens lactis uenit : quam fiſcina ſeruat :

Nomen & a iuncis retinet : clauditq; ſecundam, Inncata
Quandoquidem a lotis manibus fit tertia menſa.
Nam dedit argenti fontem : cui quattuor ora
Dantur:odoriferas cunctis prębentia lymphas.
Toſtaq; depicto panis ſunt cruſtula ferro Cialdoni
Magno infuſa mero: mulſum quod iure uocabis: Hypocra ſuţ unū.
Cynnamo : arundineo conditur & inde liquore,
Non ros cœleſtis : nectar quem dicere malim Manna.
Defuit his epulis : & pugillaribus ipſis : Pugillares.
En Iouis hic ſudor Calabris defertur ab oris
O prętet reliquas regio dilecta tonanti
Quæ tanto ornata es rore & pinguedine cœli :
Caſtellanetum datq; urbs uicina Tarento Caſtellā. Tarentū.
Illud idem mirum : ſuaue : & ſuper omnia dulce.
In ſaxa & frondes ex ęthere decidit alto :
Vt ſumma ingenii collectum in pixide ſeruant :
Quo uefcebantur primęuo tempore patres
Mirandumq; nimis dixerunt nomine manna,
Hoc & ſcriptores ignorauere Latini :
Non hoc Vergilius : nō hoc deſcripſit Homerus.
Rerum in naturis poſuit nec Plinius illud.
Dant ceræ fictis topiaria plurima in hortis : Topiaria
Mel & arundineum fragrantia poma figurat.
Et uariis apportat idem bellaria rebus: Bellaria
Ex illo adueniunt obſonia grandinis inſtar :
Grandinibus calcatur humus : totumq; theatrum Coriādr

Feniculi Hinc maratri frutices dantur cum floribus ipſis
Denſca/ Queq; leuare queat dentes tum frondea cuſpis
plum. Deſertur : ſtipes fumantem mittit odorem
Nix. Et nix multa uenit : uini qua pocula frigent
Non unum : ſed plura queo tibi uina referre :
Vinum Miſit Iuleo mitis uindemia colle
albanum Albanum: & uetulo ſplendent chryſtalla falerno.
Falernũ. Grçcula nomen habent : quç gignit iuncta ueſeuo
Grçculũ. Hola iugo : uernantia maſſica faſtiniana.
Maſſicũ faſtinia. Regia Parthenope arbuteis ex uitibus affert
Parthen. Paula. Ex calabris paulç uenerunt condita prçlis,
Sãſeuer. Sanſeuerinum : cçdit cui purpura ruſſum,
Setinum Terraciñ Inq; argento ardent : quæ Sçtia mittit & Anxur
Cçcubũ. Cçcuba pontificum menſis potiora bibuntur.
Rõaneñ. Trebiañ. Seruatum multos eſt Romanenſe per annos
His : cuncta exuperans Trebianum iunge lyçum,
Cçnabant igitur paſſim : paſſimq; bibebant :
Compa. Non ſecus : ac prçſente uiro noua nupta ligurit
Contemplatur enim ſuſpenſus quiſq; benigni
Principis ora ſui : & tanto exhylerabat honore.
Quo prior audebat prçſumere fercula nemo :
Quo comedẽte ſimul comedũt : potante bibũtq;
Cumq; ſilente ſilent : ipſoq; loquente loquuntur.
Romul⁹. In menſa aut aliter fuerat : q̃ Romulus olim
Comp. Qui parcis epulis parce cum uina bibiſſet :
Conuictor quidam cernens his talibus orſus :

Si omnes potarent: ueluti tu Romule potas:
Vilius in precium iam cuncta falerna uideres.
Aſt ille obiectis reſpondit: carius imo
Si quantum uellet quiſq̄ ſibi ſumeret hauſtus
Sicut nunc facio: quantum uolo: pocula ſumo.
Magnifici ſceptro ſunt quinquaginta miniſtri
Induit ornatos omnes quos ſerica ueſtis.
Romani totidem uigiles pręſtoq; manebant:
Miſſibus ut menſas onerent & pocula ponant.
Obſequio tales aderant: ſicut Iouis ales. Comp.
Non dum pennatos intenta eſt paſcere pullos:
Nam petit ille merum: petit hic dilutaq; uina
Hic uult auſterum: leuioraq; poſtulat ille:
Hic quęrit ruffum: croceum cupit ille colorem Pincernę
Pincernæq; agiles nutu ſeruire uacabant:
Atq; apti fuerant pomiſq; pyriſq; ſecandis: Procoq̄.
Pręcoqua & incidunt: dulci melimella ſapore. Melimel
Punica mala ſimul: cultello atq; aurea purgant Mala pū. Mala aur
Purgantur uirideſq; nuces: nux longa recenſq; Amigd.
Caſtaneę molles duris ſpoliantur echinis Caſtaneę
Sorbaq; pellicula: & coryli quas mittit Auella. Sorba. Auellan
Munditięq; illis tales: ut tingere ſuccis
Non palmas quirent cuiq̄ tot poma ſecanti.
Diſpoſitis epulis ante omnia pręuius ibat Nidor.
Clangor: quæ uariis nidoribus atria complent:
Quiq; illic aderant: ex ſpectatoribus ipſis.

Digitized by Google

Vnuſquiſq; ſuo ſtructor largitur amico
Pulpas: atq; ſuas partes ſumpſere ſodales,
Gabatę Cum gabatis populo precioſa analecta ferebant:
Analecta Bracteolis fulgent fuluum ſimulantibus aurum:
Bracteo. Aurupell Et gabatæ: & quæ ſunt ex ligno eſcaria uaſa,
Altis cardineus ſpectabat & ordo feneſtris:
Vt tantis hæc digna uiris ſpectacla putares,
Qui bis ſex numero poſſint ut cuncta tueri
Interiore domo iam cęnauere priores:
Sumentes eadem regali fercula luxu.
Romani his ergo dapibus laudabile nomen
Sumpſerunt: guſtus elementa per omnia quęrunt.
Hic nil uile datur: ueniunt quæ pluris emuntur:
Exquirunt magnæ nam pulmentaria menſę:
Quæ poterunt cuiq̃ meditanti uincere ſenſus.
Maiori in precio nuſq̃ fuit uncta colina.
Comp. Talis cœna fuit: qualem ſumpſere gygantes
Cum Ioue: qua ſedit genitor cum plebe deorum,
Quis numerare queat diuerſa obſonia cunctis?
Deguſtata uiris illuc uenientibus: extra
Qui fuerãt menſam: quis dicet fruſta: quis offas
Cyrnea Porrectas inopi: ſed medicare pudenti,
uina hoc Quis data plena mero: nec reddita uitra referret?
eſt Cor/ ſica. Cum phialis Cyrnea petenti cuiq; ferebant
Hęlioga Hęlius ille igitur non tollat in aſtra Gabalus
balus. cleopatra. Fercula: quæ poſuit: cœnam Cleopatra ſilebit.

Splendida Romano laute quam fecit amanti : M Anto.
Menſaq; Luculli : luxus taceatur & ingens : Lucullus Vitellius
Vitelli patinas : Veri conuiuia quis non Verus
Improbet? admirans noſtri maiora ſenatus ?
Pantomimus adeſt : uenitq; Aretologus inter Panormitanus.
Cęnandum ; ſequitur feſtiuus & hiſtrio cunctis : Aretolo.
Adfuit hic hylaris cytharedus : & inde choraula. Choraul.
Cur tamen in menſa cantuſq; ſonuſq; petatur : Cur muſica in menſa.
Scire cupis : dicam : cum fercula ſumimus ipſi :
Grata uoluptatis capiunt ſua munera ſenſus
Guſtus : odoratus : partem quoq; lumina carpunt :
Iucundum officium faciunt digitiq; manuſq;.
Nil tamen ex epulis auditus percipit ; ergo
Pan : Philomena ſimul : uel conſuluit auribus Or/ Petauriſtę.
Quiq; leui faciles norunt iactare petauro (pheus,
Corpora non deſunt : qui prębent gaudia cœnę :
Poſtq̃ currus equis Phœbi diſceſſit ab orbe
Eſtq; epulis impleta dies : menſęq; remotæ :
Portius auratos currus tulit ipſe Camillus : Camillus portius.
Quos ſupra uehitur puerorum candidus ordo
Cuncti ętate pares nitidis decorantur elencis : Elenci.
Hicq; pareſceliden : armillas induit ille Pareſcel.
Induit hic ſoccos ; gemmatos ille coturnos. Armillę.
Bullati incedunt portantq; crepundia cuncti : Crepundia.
Et nitida geſtant auratas fronte coronas,
Non minor ornatus patuit : precioq; minori.

Non hęc Pompa fuit : q̃ quæ monſtratur agone
agonalia Annua : quando equites longo ſunt ordine ciues :
Delecta armatę ueniunt legione cohortes :
Et puerile decus procedit uellitis inſtar ,
Tunc Romanorum fulget galeata iuuentus .
Tũc pandũtur opes : populus quas poſſidet urbis
Ordinis antiqui ſplendor monſtratur equeſtris :
Conſeruatores : ſcribę : magnuſq; ſenator
Tunc tegmen capitis ſubcingunt pellibus albis
Ac ſi militię uerę deſcriptio fiat .
Saturnaliciis ſunt hæc ſignata diebus
Dies car/ nis þuii Rectius aut illos geniales dicere poſſis
Fit : cum ſupremas carnis deponimus eſcas .
Cumq; indicta ſacris ueniunt ieiunia magnis .
Vt ſupplere uices poſſit nox atra diei :
Bis centum apportant lumen funalibus albis,
Funalia. Fucatum cęris ars hunc mutare colorem
Credidit in melius : ſed cum perduntur odores
Natiui mellis : factum iam cenſeo peius,
In primis curſu feſtinans Roma uolucri
Ancillis comitata uenit : Calatoſq; refertos
Floribus : atq; pilas miro diffudit odore
Se ſimul excuſans : q; non properantior eſſet
Impediente mora : ſuaues dum carperet herbas
Hic piger acceſſus non accuſabitur : inquit
Nec poteram citius pro tot modo rebus agendis

Cunctando ſiquidem meliora negotia fiunt
Nagnũ opus aggrediens faciendũ ſemper habebit
Propoſiti in medio : ꝙ poſt occurrit in illo
An neſcitis : ait : ꝙ rem perfectius egit
Cunctator Fabius : cunctandum eſt rectius ergo
Sic orſam iuſſit diſcedere Poſthumus author D. Anto. Zoccul9
Tres nymphæ pariter : ducunt de more choreas :
Cantantes uarios uario modulamine uerſus :
Qui ſuſceperunt Medicę pręconia gentis :
Et per humum flores plenis fudere caniſtris .
Hinc duo paſtores ſunt in certamine longo :
Ex uerbis rixas : ex rixis uerbera condunt .
Alter poma quidem rapta & deperdita quęrit :
Alter & amiſſum triſtis deplorat aſellum :
Quattuor in curru pueri patuere nitentes :
Cardineas totidem qui monſtrauere ſorores :
Aſtrea in primis comes eſt : qui pharmaca uendũt Iuſtitia.
Eſt oculis Argus ſimilis ſutoribus inde Prudētia
Fortis & armatus ſuccedit horatius illis . Fortitu.
Cum lymphis Phrygiuſq; puer dat uina miniſter . Tēperantia.
Quarum prima ſoror Medici ſic ore locuta eſt :
Enſem trado tibi : & noſtris dux eſto quadrigis :
Qua ſolus tu dignus ades : qua ſydera tanges :
Qua uel in ęternum uiuent tua nomina ſęclum :
Noſter eris miles : tutor bonus : arbiter idem
Imperio nobis rector tu ſufficis unus :

Qui prudens fortis caſtus iuuenilibus annis
Cato. Talis ades: qualem quondam uidere Catonem
Scipio aphrican Romulidę qualis fuerat uel Scipio uictor,
Spurima Aphrorum: & merito Tuſcus Spurima uoceris:
Non tamen ut uioles formam uultumq; pudicum,
Iure ergo ac merito ciuem te Roma ſalutat:
Suſcipit: obſeruat: gaudet: ueneratur: amatq;.
Quę te digna manet: remanes tu dignus & illa.
Eſt tibi chara ſatis: multo tu charior illi:
Signa tui uultus celata nomiſmata monſtrant:
Quæ iacio ad populum: lętantes ſumite ciues.
Dixit: & effatur ſic conſtantiſſimus alter:
Qui nitidum lapidem geſtans Adamantaq; durū
Magnifico tradens: dixit: fortiſſime gentis
Hetruſcę: accipito hunc: tibi ſoli conuenit iſtud
Munus: ut hoc ſemper firmo ſub robore ſiſtas:
Tyberis. Arnus. Hinc Tybris: hinc Arnus ſociali fœdere iuncti
Vocibus alternis in laudem plura loquuntur.
Pontificis: terrę moderamina ſumma tenentis:
Quo duce: nec poterit ſacras audacia leges
Frangere: & in toto ſtabit pax firmior orbe:
Auguſti Quale ſub Auguſto ſęclum nos legimus ipſi:
Talis erit mundus ſceptro ſine lite Leonis,
Nec tantum hæc cuiq; ſpectacula cernere fas eſt.
Sufficiat uidiſſe ſatis: nam gaudia uana
Dant oculi: ſed plus aures debere fatentur.

Plus mentem afficiunt aures: plus lumina corpus,
Corda auditorum pulſat uox uiua loquentis :
Voxq; magiſtra facit : tangi quo poſſit olympus ; viua uox afficit.
Heu nobis q; non licuit melioribus annis
Viuere : quos lęti uera nunc carpitis omnes
Relligione dei : & tanto ſub Principe tuti .
Si ſacrum ęloquium (nobis dum uita manebat)
Audiuiſſemus : Chriſti ſi dogma beatum :
Sic triſtes uitreis non iactaremur in undis :
Nil ſpectare iuuat : tarde nil credita proſunt :
Sola fides uiuis : non eſt ſpes ulla ſepultis , Fides & ſpes in uiuis.
Deiphobe Æneam nimium ſepectare uolentem
Increpat : atq; iubet : quo ſic parere neceſſe . Sybilla.
Sic ſpectatores uobis nos uera monemus : Aeneas
Intenti ut ſitis magna ad pręconia fratrum,
Nũc ſiquidẽ Pollux cum Caſtore regnat in urbe . Caſtor. Pollux.
Quorum pręſidiis mala noxia cuncta peribunt,
Atq; nihil nocuum uenies regnantibus ipſis,
Frater enim maior mundi moderatur habenas : Laus diui Leonis .x. pont. maximi.
Atq; potens aperit portas & claudit olympi :
Vere nouo : florum quo non eſt indiga tellus :
Florenti'e patria redolens flos mittitur ipſe .
Tempore nimirũ hoc ſumpſit primordia mundus
Quo noſter genitor cara cum coniuge primum. Adam. Eua.
Antiqua factus : fuit & de matre creatus :
Quo iam conceptus fuit & de uirginis aluo :

Digitized by Google

Chriſtus Qui deus humana luſtrauit imagine terras:
Omnia tunc rident: tunc eſt formoſior annus:
Gemma tumens grauido tunc & de palmite lucet,
Mitior & flagrat Phœbus: tunc mitior aura.
Spirat: purpureo ueſtitur terra colore:
En orbem in totum uenit medicina ſalubris:
Dulce ſonat medicina quidem: prꝗſtantius illa
Nil datur: humanos quæ ſanat amica dolores:
Magnus Apollo redit: nota languentibus arte:
Quiq; ope cœleſti ualeat ſuccurrere terris.
Laus Magnifici Iuliani. Militiæ ſplendor frater dux inclytus alter:
Contra hoſtes fidei capiet fortiſſimus arma:
Regnaq; reſtituet domino deperdita cuiq;:
Hic etenim iuuenis robuſta ętate refulget:
Ingenioq; ualet: mentem ſpectare ſenilem
Cui potes: Hyppoliti ſanctum caſtumq; pudorem,
Comp. Non ita miramur lapides ſi effunderet hymber:
Vomere ſi piſces lętis foderentur in aruis:
Efœtas mulas: ſi cernimus atq; bimembrem
Allatum puerum: nos & leuiore tenemur
Intuitu: ranas plueret nimboſus Orion:
Aereas uolucres aut ſi demitteret ignis,
Eſſe ſenem iuuenem q̃ cum ſpectabimus ullum
Moribus: & clarum nitida ſplendeſcere laude.
Medio'itas laudatur. Nam medium extremis pręfertur rite duobus
Et res aſſequitur mediocres gratia maior

Nam ſi iuſſa patris Phaeton ſeruaſſet adunguem: *Phaeton*
Sublimem ut ſedem fugeret: mediamq; teneret
Cum uolucri eſt auſus curru ſe credere cœlo:
Eridani liquidas foret haud demerſus in undas.
Nec ſimul Hęliades lachrymis electra dediſſent, *Hęliades*
Magnus Alexander ſubnixus robore mentis *Alexan.*
Milite non ſenior forti tot regna ſubegit.
Non annis grauior Cęſar deuicerat hoſtes. *Cęſar.*
Vita hominis uinum eſt uegetis: fumare falernum *Comparatio uini*
In ſummo cernens: atq; intractabile guſtu: *ad humanā uitā.*
Sed fragilis uappa eſt: quicquid reſtabit in imo:
Potabis melius: medium quod dolia ſeruant.
Sic ętas mediocris erit fœlicibus annis.
Corporeę uires: uiget &, tunc mentis acumen:
Tunc ſenſus omnes uiridi ſunt robore firmi.
Quiſquis ad hanc mętam ignauus deuenerit uſq;
Sperandum ulterius non eſt quod diſcere tentet.
Eſt igitur raros interponendus honores
Vt geſtis grauibus niteat iucundior annis,
Hæc ita torrentes torrentia uerba tulere:
Florentem amborum patriam ſimulauit & alter: *Florētia*
Quæ ſupra ingentem & fuluum ſedet alta leonem.
Huic comitem dorſo Romā lupa geſtat in amplo. *Roma.*
Et geminæ in geminos laudes & carmina dictant.
Exultat mater geminis: exultat alumna.
Tarpeiuſq; ſenex exit de montis hyatu: *Tarpeius mons.*

Digitized by Google

Et ſtupet admirans quæ ſunt in ſedibus acta:
Se uidiſſe refert epulas: ſpectacula: ludos,
His ſimiles nunq̃: ex quo cępit Roma uideri,
Acromata recitationes ludicræ.
Diſcedunt currus: puerique acromata cantant
Et finem imponunt uario modulamine uocum
Ite domum referunt: uenit Heſperus ite Quirites:
Cętera quæ reſtant: cunctis lux poſtera tradet,
Et dux & comites ſacra ad palatia tandem
Iam redeunt Petri magno cum lumine diui
Diei deſcriptio.
Cum cœlum abſcondit picturam & nubila pellit:
Et Phœbus paruum maiori lumine lumen
Occupat: & toto luſtrans diffunditur orbe.
Quæ modo tot pedibus reſtabant ſordida turbę.
Subſellia
Tunc uigili ſtudio famuli ſubſellia purgant:
Iulius Alberinus.
Omnia quo niteant Albrinus Iulius inſtat:
Romani incedunt mutatis ueſtibus omnes:
Repotia quæ fiũt ſecundo die ſponſaliorum
Dum Medici ut ſponſo celebrare repotia quęrunt
Nanque unam pauper: ſed multas diues habebit:
Veſte hic prętexta induitur: uenit ille togatus:
Hic paludatus: ueſtitur & ille lacerna.
Prętexta. Toga.
Et generoſa cohors tendit trabeata Quirini:
Paludamentum:
Fert latum clauum pręclarus & ipſe ſenator.
Hic quæcunque ſuum ſeruat prouincia morem:
Lacerna. Trabea
Veſte queunt ciues Romani qualibet uti:
Latus clauus.
Hic tunica Hyſpanus: uult Gallus & ille uideri:
Romañ. libertas.
Quorũcunque ſimul nummorũ eſt publicus uſus.

Sunt certi fines iuuendi cuilibet urbi:
Libera Roma facit: quæcunq; optauerit ipſa:
Hinc plebiſcitum ſtatuunt in ſingula quæq;
Inſubres: ueneti: atq; omnes quos Itala tellus
Suſcipit: inde ſuam mos eſt tractare monetam:
Ordo indumentis: dapibus ſeruatur & ordo,
At nullus Romæ: ut facias quodcunq; libebit:
Te prohibet: cęnare potes quæ fercula poſcis:
Et non talarem clamydem portare ſacerdos
Quilibet hic poterit: cunctas uel murice lanas.
Ecce nouus ciuis rediit de ſedibus altis:
Quē pedites itirū ſimul & comitantur equeſtres:
Et poſtq̄ longus cuiq̄ datur ordo ſedendi.
Mox Magdalenus currum pręmittit eburnum, Euangel ſta Mag/
Qui niueis defertur equis iam quattuor ingens. dalenus.
In quorum dorſo geſtabant fręna puellę:
Currus habet laurum precioſis rebus onuſtam.
Nanq; pilas affert: ſimul & duros Adamantes:
In medio reſidens Phœbus ſuper eminet illi:
Lętaq; Pontificis ſtabat Claritia mater:
Quæ cum parrhaſia e cœlo demittitur urſa,
Claritiam Vrſa parit: diuum parit illa Leonem, Claritia. Vrſa par
Huic comes eſt Cybele genitrix longęua deorum: rhaſia.
Florida florenti ſequitur Florentia flore. Cybele. Florētia.
Talis erat currus: qualis geſtare ſolebat Comp.
Victores: magnoſq; duces poſt fortia facta:

Digitized by Google

Vnde ſibi ęternum meritis habuere triumphum :
Illorum aut talis candor fulgeſcit equorum
Qualis ineſt illis : quos fert auriga cupido : — Currus Cupidinis.
Bis duo langores animi finguntur in albos :
Quos ſuſcepit equos pharetrati currus amoris :
Albedo eſt oculis quoniam contraria noſtris :
Luminibus mentis uitia omnia rite nocebunt.
Sępe tamen multas uires uox denotat una :
Vnde canis ſydus : piſcis : cœleſteq; ſignum : — Canis.
Nunc ita nympharum candor ſignare pudorem
Monſtrat : quæ nitidum cantant pęana uiciſſim. — Pęan.
Florida & urbs querulo pandit ſermone dolorem. — Florētię côqueſtȩ
Q đ priuata ſuo pulchro indignatur Iulo :
Adſciuiſſe ſibi hunc Romam non iura ſinebant.
Sufficiebat enim ſecum ſumpſiſſe Leonem — laus diui Leonis Pontifi. maximi.
Qui Romam & mundum diuina lege gubernet :
Cui ſit decoctum generoſo pectus honeſto :
Cardineo e cętu meruit qui dignus haberi :
Interris Princeps triplici diademate cinctus :
Cunctorum auſpiciis concordibus ipſe creatus.
Legatum nanq; hunc cum docta Bononia cępit :
Eccleſiæ aptauit pręclara negotia ſolus :
Captus & a Gallis poſt aſpera bella Rauennæ :
Vi propria ingenii ſe hoſtilibus ęripit armis.
Adde quod eſt maius : quod ſęcula nulla tacebūt.
In patriam reuocatus adeſt tum temporis exul

Poſt longi ſpatium : non ꝗ iam noxius eſſet .
Exilium eſt paſſus : ſed ſeditione fugatus
Alterius partis : quæ illum uiolentius egit .
Hunc lęti excipiunt ciues : uenerantur : adorant .
Imemor irarum gaudens hos ſuſcipit omnes :
Omnibus ignoſcit : quos factio ſęua nocentes
Fecerat : hortatur foueat concordia ciues .
Additur hoc ſummum tandem ſucceſſibus ipſis :
Vt fieret mundi dominus : cœleſteq́ȝ regnum
Porrigeret : decimuſq́ȝ Leo qui iure uocetur .
Talia dicenti reſpondit magna Cybele : Reſponſio Cybeles.
Atq́ȝ inter geminas urbes componere litem .
Sic ait exoptans : ciuem ſi Roma lucratur :
Ipſe tuus nam ſemper erit : fiduſq́ȝ manebit
Tutor : & in cunctis potis eſt ſuccurrere rebus .
Eſt adeo prudens : & ſeruantiſſimus ęqui :
Peruigil unanimes ꝗ uos tutabitur ambas :
Contenta his dictis egit Florentia grates .
Carolus hinc cecinit miti puer indole uerſus : Oratio Caroli ad Magnificum
Vnam nympharum qui finxit fulgidus ore :
Diſcipuluſq́ȝ meus cunctis mirantibus inquit .
O florentinæ dux & ſpes inclyta gentis :
Atq́ȝ domus Medicę pulchra & clariſſima proles .
Et decus o iuuenum : quibus aurea uiuitur ętas
Sub ditione tui Germani magna potentis .
Audi me clemens puerili ętate canentem .

Dum ſumma nitidum compleſti laude theatrum:
Dignatus gaudens noſtris conſiſtere tectis ;
Et ciues noſter fieri ; noſterq; tribulis :
Et conuiua ſimul : niueis ſignata lapillis
Splendeat iſta dies : fuſis : geminanda iocisq;
Tura focis niteant : diuum ſacra templa pientur
Cum decorare dapes uoluiſti letus honore .
Quæ ſi non cultæ fertis & miſſibus amplæ :
Vt decuit : non eſt hylaris ſpernenda uoluntas :
Quæ ſatis alba nitet : noſtris & uiribus equa :
Soluere ſed grates omni dum parte nequimus :
Sit deus ipſe tibi : qui premia digna remittat .
Magna cohors igitur procerū : magnuſq; ſenator :
Conſeruatores : quorum Capputius ipſe
D. Marius capputius Primus adeſt uerus medica Podalirius arte :
Euāgel. torquat9 Muſarum cultor uenit Torquatus & alter:
Iacobus niger. Tertius hinc ſequitur niger his Collega Iacobus :
Hæc bona uerba tibi tanto pro munere dictant :
Quot libri impreſſi : quotſunt & ſcripta uirorum :
Quot pelagus piſces : retinet quot ſydera cœlum :
Flumina : quot montes : quot ſunt & nomina rerū :
Quadrupedes feras : quo geſtant atq; uolucres
Pennas : quot Dryades indutæ frondibus extant.
Quot tulit indigetes priſcorum inſania patrum
Deus trinus & unus Vana ſuperſtitio : ſed nunc ſub numine trino
Nos colimus : uerumq; deum cognoſcimus ipſi ;

Tot tibi nunc agimus grates in ſecla perennes.
Vt fuit Euander quondam lętiſſimus hęros — Comp. Euander Hercules
Hoſpicio Alciden poſtq̃ ſuſcepit in ędes:
Cuius ab aſpectu nitidum ſumpſiſſe fauorem
Admiratur: homo hunc meruit qui cernere diuũ:
Sic modo gens gaudet tanto te Martia ciue
Cui tum magnus honos: fies & gloria maior:
Qua ratione rogat ſuperos: ut Neſtoris annos
Ducas: & tecum ſummus Leo uiuat in ęuum.
Et bonus atq; pius ciuis cum ciuibus eſto.
Sis etiam aſſidue tu nuncius aliger illis:
Vt cepit peragat frater quo diligat urbem. — Nuncius aliger Angelus
Alarum ut ſemper tali ſeruetur in umbra:
Seq; ſuoſq; tibi comendat Roma penates;
Sed pręceptoris puerum me cura remordet:
Vnicuiq; ſuum licuit: ſemperq; licebit:
Non ſecus ac patrem: charum obſeruare magiſtrũ, — Pręceptoris obſeruatio.
Qui me igitur docuit: tibi nũc comendo ſerenũ.
Qui ſtudio legum iuuenis cum traditus eſſet
A patre: non illi potuerunt iura placere. — Aurelii Sereni uita.
Diligit a puero ſacras tamen ipſe Camœnas:
Harum dehinc riuos patris poſt fata petiuit.
Fecit idem Naſo multi hoc fecere recentes — Naſo.
Perſpicuiq; uiri: quorum fit carmine uiuax
Virtus: cui longę durant pręconia laudis. — Laus carminum
Principibuſq; altam delectant carmina mentem.

Digitized by Google

Dux audire meos non dedignabere uerſus.
Diuitiis genitor fuerat mercator habundans
Angelus: at moriens ſub paupertate reliquit
Hęredes: quoniam bona ſurripit omnia fiſcus.
Non mercatoris culpa: ſed mercibus ipſis
Iam permutatis: olei nam plurima prębet
Dolia dux Calabrum: cui nomina multa uirorũ:
Mercator tribuit: quæ non exegerat olim:
Nanq; illo extincto ſibi credita quiſq; negabat:
Et nummos olei dum fiſcus habere nequiret:
Eſt opus ut fieret tandem proſcriptio rerum:
Res itaq; amittens Aurelius ipſe paternas:
Ad ſacros titulos: cum quadrageſimus annus
Eſſet ei: acceſſit: ſed ſerior obſtitit ętas:
Prębēda
Qđ non prębendas(quas dicunt)poſſidet uſq;:
Quæ tamen in patria nulla emolumenta referrent:
Quare hic præceptor: locuples cum iunior eſſet.
Tu facias: oro: ne ſit ſibi dura ſenectus.
Illum intromitti magna ad cœnacula diui
Pontificis: iubeas: famulus ſcribatur & ipſe,
Et ſacer in ſacris eiuſdem ſitq; miniſter.
Talibus impoſuit finem: ſic Carolus orans.
Mox & diſcedunt currus ſcęnæq; parantur:
Iamq; a comędis recitanda eſt pœnulus ipſa:
Pœnulus comędia Plauti.
Quæ una euiginti numero eſt comędia Plauti
Cultum argumentum recitant ante omnia primi.

LIBER TERTIVS

Prologus ingenti repletur & inde lepore
Perſonam ſerui proprie canabatius ęgit — Paulus Canaba.
Aptior hoc geſtu tota ſit notus in urbe.
Fit ꝑ ſenex Hanno Bloſius dum uerba recenſet — Bloſius
Punica : qui muſas percallet : quoue miniſtro
Annua Romulide memoranda palilia dictant.
Eſtq; ſenex lętus : natas qui repperit ambas
Amiſſas olim nitidas pulchraſq; puellas.
Denſi adeo fuerant per ſpiſſa ſedilia ciues
Q d' ſtabant extra ſpectantes lumina plures
Pulchram ſcindebat picturam ignobile uulgus
Proſpiciens faciebat rimas atq; feneſtras
Et laceratur opus : cura ſtudioq; peractum
Parnienſis uigili : Baptiſtę menſibus illud : — Io. Bap. Parmeñ.
Iam tribus : unde una poterat conſumier hora
Cui nummū excedunt iam milia quattuor auri
Sumptus impenſi : Romani ex ęre ſenatus.
Cumq; ualete omnes : ſupremū & plaudite dixit
Actor : finis adeſt : & ſol ſe inclinat eundum eſt.
Quilibet in templo cum tintinabula pulſant
Electrum : hac hora clari tum ſolis in ortu :
Virginei partus magnum & memorabile ſignum :
Aſſidue ut poſſint populi meminiſſe fideles
Tempus : ab empyrea uenit quo nuncius aula :
Qui dixit caſtę ſanctiſſima uerba puellę
Virgo deum paries pueri ſub imgine : qui ſit

Splendor & irradians patris lux gloria ſummi
Illicet immiſſum ſenſerunt uiſcera regem
Verbum caro factum eſt. Atq; dei factum eſt uerbum caro noſtra repente.
Qui bini ingreſſi: qui terni: quiue quaterni
Sunt pridē: egreditur nunc tanq̄ exercitus ingens
Eſt equitum legio: peditum quoq; turba ruebat
Ad proprias ędes quiſq̄ deſiderat ire:
Seu ciuis: ſeu pauper erat peregrinus & hoſpes
Aurelius Serenus. Fitq; pedes properans Aurelius ipſe Serenus
Ecclesia diui Stephani. Ad Stephani ędiculam: regio quam regula ſeruat:
Cui manet ędituus: tecto ſub paupere degens
Regula regio. Vtq; audire iuuet Romę noua nomina lector:
Dū noua cūcta placent: nā priſci antiqua reponūt
Sed dubitare locis faciet plęrunq; uetuſtas.
Fora & plateę romanę. At montanorum propior redit ille plateam:
Iudeumq; forum redit hic: redit ille patentem
Ad campum florę: ad pontem feſtinat & alter:
Mons quoq; Iordanis: qui dat palatia genti
Vrſinę petitur: dicta & de ſanguine turris:
Hoſpicia hinc ſcrophę: petitur locus ante retundā
Inde camillanum ſpectans delubra Mineruę:
Coruiniq; lares: comitum uiſuntur & ędes.
Magna Columenſis repetita eſt area Sarrę.
Cūq; uiris Medices claris comitantibus hęros:
Diſcedit: referens dignas pro munere grates:
Romano populo: & gaudens amplectitur omnes

CARMINA

Filius & fratris Laurens chariſſimus illi
Fit ſocius: patrię flos aureus atq; refulgens:
Iſta quidem longum res duratura per ęuum:
Mille & quingentis domini labentibus annis.
Et tribus atq; decem magna celebratur in urbe:

Finis theatri capitolini.

Ad diuum Leonem .X. Pont. Maximum de Elephante a Sereniſſimo Emanuele Luſitaniæ Rege ei dem donato: Aurelii Sereni Monopolitani heroicum carmen.

NOn uiſus proauis: nec ſęclo cognitus iſto
Romā elephas uēit decimi ſub ſceptra Leonis
Illius ī terris ſupplex ut numē adoret
Delapſum a ſuperis mirum cenſebitur iſtud,
Vt quod pontifices non ſpectauere priores.
Fortaſſe ex illis: diui quos protulit etas
Syluestri: allatum eſt florenti principe noſtro:
Magnus honos non hic longo ſuccumbet in ęuo:
Spectauit Cęſar Pompeius & Hannibal olim:
Atq; illud pauci: quos Iuppiter ęquus amauit:

Tuq; inter paucos numeraberis optime Princeps.
Gaude igitur raros interponendus honores.
Rari quippe boni: datur & ſapientia raris:
Virtutes: quot ſunt cęli: quotq; hoſtia Nili,
Q & precio niteant: quæ non uulgaria finxit
Rerum opifex: primum nobis hęc belua pandit:
Quæ fera ad fœtum per binos parturit annos:
Ac uitæ in ſpatio partu contenta fit uno:
Q uadrupedes tamē ingenio ſuper eminet omnes:
Relligione uiget: dominumq; edocta ſalutat:
Diſcit & humanas docilis: ſentitq; loquelas:
Annos ter centum poterit deducere uitam
Multipliciq; alio naturæ munere gaudet:
Auguror ex illo tibi nunc Leo magne triumphos
Ex quibus hic elephas longe uenit aduena: terras
Illas tu ſuperes: tua dehinc in ſceptra reponas,
Luſitanorum dedit hoc uictoria Regis
Munus: ut ex tantis meritis tibi debita ſoluat:
Auſpiciiſq; tuis: ut cępit pręlia: uincat
Q ui fidei ſęuos ſuperauit belliger hoſtes.

¶ In laudem uictorię eiuſdem Regis in chriſtiani nominis hoſtes : per eundem Aurelium Serenum Monopolitanum.

Vt ſocer: utq; gener quondam duo fulmina belli
Romulidũ fuerant : per quos tot regna: tot urbes:
Ceſſere imperio : parta eſt uictoria & ingens,
Nũc ſocer Hyſpanus: cui ferrum nominis index:
Et gener Emanuel : cui Luſitania regnum eſt
Victores ſuperant : diros quos abdicat hoſtes
Intemerata fides : maior tum gloria belli
Expectata uenit ſanctis decoranda trophęis.
Diſcite uos reges reliqui : curate penates :
Atq; canes rabidos propriis de pellite tectis :
Hi duo quod faciunt : facite : & crudelia ſęuis
Arma mouete: furor nam barbarus urget & inſtat.
Non uos degeneres timor arguat : immo potenter
Sumite nunc animum: & uires cognoſcite ueſtras.
Obuius extremos Rex Luſitanus ad Indos
Dudum ſe oppoſuit : ferro pugnatq; fugatq;
Belligerans populos : noſtra & ſub lege remiſit.

Idem de eodem elephante

Audita ad dominum ueniebas uoce Leonis :
Audieras : ſed non Rex tuus iſte fuit .
Eſt princeps hominū : celſi & moderator olympi
Ne dubites Elephas : hic Leo numen habet .

Idem de eodem

Attulit in Latium primum uictoria Pyrrhi :
Emanuel uictor te in loca noſtra tulit ,
Belua donata es ſuparato ex hoſte leoni :
Teq; hic producto teſte triumphus erit ,

Idem de leone rugiente

Circuit & rugit : quęrens quos deuoret hoſtes
Infeſtos fidei maximus ipſe leo .
Quos omnes tandem rugitus ſentiet orbis :
Vnde elephantorum copia maior erit ,

Idem ad elephantem

Cum rex Emanuel ſtatuit se mittere in urbem :
Pontifici magnum munus ut eſſe queas .
Te dedit addictum ferulę/normęq; magiſtri :
Cuius pręceptis tu docilis fires .

Sponte tua abnueras tutam conſcendere nauem :
  Sed meditabaris tutius eſſe domi.
Ni tibi dixiſſet rector : fugitiuus abiiſſes :
  Ne timeas elephas : nunc mea iuſſa cape.
Te dicas potius fœlici ſorte beatum :
  A magno in terris ſuſcipiere deo.
Aurata in cuius lętus ſpaciaberis aula :
  Cuius deliciis gaudia ſumma dabis.
Mille & bis centum munus te nutriet auri :
  Semper erit uictus annuus iſte tibi :
Fotus/& aſſiduo tu ſis ſeruandus honore :
  Qualem elephas ullo tempore non habuit.
Roma petenda tibi eſt : toto ſublimior orbe.
  Non reditum queres hic ubi tu fueris.
Dulcis amena tibi : cordi & gratiſſima fiet :
  Gratior ut fieret nullus in orbe locus.
His monitis ſumpſiſti animũ: & cõſcendere nauẽ:
  Non indignaris : mitis & inde uenis,

De aliis muneribus cum elephante & leopardo ab eodẽ Rege Eman. ad eundẽ Leonẽ.x. pont. maximum dono miſſis: Aurelii Seręni Monopolitani elegiacũ carmen.

Digitized by Google

Non tibi ſat fuerat diuo miſiſſe Leoni
Hoc ingens animal : quod nouitate placet :
Eſt ingens : fateor quamuis deformius eſſet :
Id tamen ingenio non caruiſſe putes .
Sic natura iubet nihil omni ex parte beatum :
V na hic dote uiget : qua minus ille uiget,
Hoc tamen ornaſti pulchro tu munere munus
Huic dono iunctus nam leopardus adeſt .
Diſtinctus maculis uiſu pulcherrimus ille eſt :
Omne decus uariis rebus ineſſe ſolet .
Digna miniſteriis rex optime munera ſacris
Miſiſti noſtro pontificiq; ſimul .
Altaris tegmen gemmis decoratur & auro :
Ampla ſacerdotis fit tunica atq; nitens .
Adduntur geminę probinis inde miniſtris :
Magnum auri pondus quæ precioſa ualent .
Hęc precioſa quidem ſunt munera : qualia nulli
Pontifici a quoq̃ Rege fuere data .
Per flores & aues magnis texuntur elencis
Quos uarius rutilans undiq; iaſpis habet .
Cernitur Emanuel frons & tua grata uoluntas.
Sed dicas tanto dona minora deo .

Ioannis Capitonis Aretini elegia ad
eundem Elephantem .

Digitized by Google

Si te elephas lybico credas ſeruire leoni:
  Falleris: e cęlo decidit iſte Leo.
Hic tuus eſt dominus terrarum gloria prima:
  Tergeminum decorat cui diadema caput:
Inter mortales pluſq̃ mortalis habetur:
  Claudere cui fas eſt & reſerare polum.
Si ſeruire deo uere eſt regnare: Leoni
  Dum ſeruis: regnas. nam Leo in orbe deus.
Forſitan hic inter cęli te ſigna locabit.
  Quando inter ſuperos ille relatus erit.
Quid natale ſolum patriaſq; reuiſere ſiluas
  Plus cupias? ſedes eſt ſacra Roma deum.
Non tu Parthorum regum male fida ſubibis
  Tecta: ſed hęroum cęlicolumq; lares.
In uaticano cum tu ſtabulabere colle:
  Delicias orbis iure tenere putes.
Fertilitate locus pomorum & uere perenni:
  Heſperidumq; hortos pręſtat & Alcinoi.
Quid memorem dulces auras cęlumq; ſalubre?
  Eliſia hic credas arua colenda piis.
Si te relligio / Venus alma / & gloria tangunt:
  Relligio hic regnat / gloria / & alma Venus:
Bellandi ſtudiis: ſi flagres Martis & ęſtro:
  Romuleam hanc urbem martia turba colit.
Hac ſocia inuicti auſpiciis/ductuq; leonis:
  Ad latios referes clara trophęa deos.

Lęta triumphalis ductabis fercula Pompæ:
Vel capitolino plauſtra ſuperba Ioui.
Viue diu hic lętus dans omina fauſta Leoni:
Veſcere cum domino nectare & ambroſia:
Schœnobates fias: uarios diſce ędere ludos:
Quis dominum curis mille leuare queas.
Sic latio poteris gratiſſimus eſſe tonanti:
Atq; auram populi conciliare tibi,
Ne meditere fugam quod ſi moriaris in urbe:
Non poteras fato nobiliore mori,
Pontificem in ſummũ teſtabere regis amorem
Cum magna & ſancta fędus amicitia.
O fęlix animal fauſto ſub ſydere natum:
Quod tam nobilitant carmina/Roma/Leo.

Ia. Manius Philœnus,

Quos capitolinum iuuit meminiſſe theatrum:
Qualiter eſt procerum res agitata uirum,
Huc adeant: docti relegant monumenta Seręni:
Spectabunt oculos ceu foret ante ſuos.

VITALIS

Tam bene ſuccedit ſyculo bonus iſte Poeta
Vt mereat ſuculi; nomen & ingenium.

IDEM

Hic Elephas Vates ea carmina quæ tibi cudit
Nil naſi : & multum naſi Elephantis habent.

¶ Romæ in ędibus Mazochianis imperante diuo Leone. X. Pont. Maximo pontificatus ſui anno ſecundo, anno dñi M. D. XIIII.

Emendanda quædam

¶ In principio epiſtolę. Annis pro annuis.
In b. 1. euro ꝑ auro. In pri. 2 lib. cautorũ ꝑ cantoꝝ
In eadem charta geminis pro gemmis
In. C. i. Vt olim pro utq; olim
In prin. 3. lib. Lucillus pro Lucullus
Paulo inferius in alia carta : uiolata pro uialata
In eadem carta illa pro ille colinę
In eadem carta nudeorum pro nuclaorũ nectare
In D. i. de de more pro de more
Inferius poſt ſex uerſus. piſtrinę pro piſtrini
In d 4. aretologus pro aretalogus.
In E ii. ſepectare pro ſpectare
Paulo inferius uenies pro ueniet
In d 4. itirum pro iterum
In F i. ciues pro ciuis.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

316873

Digitized by Google

BIBLIOTECA